



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

SS. Achativs Et Soc. MM. 22. Iunii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

SS. ACHATIVS ET SOC. MM.

22.Iunii.

Quale illud cælo spectaculum fuit, cùm dena hominum millia, pro optimâ causâ & amplificando crucifixi nomine, cruceibus penderent? Dux felicissimæ multitudinis ACHATIVS fuit, cui contra innumerabilem hostiū vim pugnaturo Angelus victoriam spopondit, si Christiana sacra, à quibus alienus tum erat, cum sociis suscepisset. Placita conditio est, Christum adoravit, pugnavit, vicit: utque Deum deinceps rite coleret, cum victore exercitu in Ararathem montem secessit, ubi, Angelis magistris, omnes Deum amandi rationes felicissimis tironibus sunt infusa. Quantum profecissent, patiendo, quod nobilissimum Christianæ scholæ experimentum est, demonstrarunt. Quinque in eos reges armati sunt; qui cùm procellam lapidum primùm effunderent, ii Christi Athletas non ausi contingere, in fundidores rediere. Flagris cùm searentur, terra immanitatem non tulit, totaque intremuit. Quo miraculo permotus Theodorus, cum millenaria cohorte Martyribus accessit, in præacutas fudes muri cesque impulsi, viam complanantibus Angelis, nihil cladis acceperunt. Eò deinde ventum, ut quæ Christus tormenta

VN.
M.
ait,
pro
cifi-
Dux
IVS
ostii
am-
qui-
asse-
im-
eum
exer-
ssit,
im-
ibus
ent,
Chri-
de-
s ar-
pidi
hle-
ores
terra
ntre-
ne-
arty-
uri-
ibus
de-
tor-
enta

22.IV.N. *Vite Sanctorum.* 349
menta tulit, in iis repeterentur. Ergo
spinis redimiti, atque in crucem, per
ingens montis spacium pependere
optimi maximique testes injuriam cru-
ci fieri, cum mala res, & infelix arbor
vocatur: periissent, nisi pependissent.
Ex Lippel. & Mart. Rom.

S. P A V L I N V S E P I S C .

22. Junii.

NOvam artem PAVLINVS docuit;
Netiam cum nihil est, egenis tamen
aliquid dare. Cum enim in amplissimā
natus familiā atque ditissimā, quam
voceM CHRISTI adolescens Evangelicus
non audiit, hic audisset, & in pau-
peres omnes opes erogasset, Antistes
dein Nolanus etiam, cum Wandalorum
incursionibus Italia infestaretur, om-
nes redditus captivis in libertatem asse-
rendis contulisset, jamque nihil suppe-
tere videretur, unde unam spei viduæ
filium redimeret; ingeniosius se ipsum
servum fœminæ addixit, quæ abducta
in Africam cum filio scilicet permuta-
vit. Ibi Regis sacerorum, cuius hortos
eurabat, de morte regis commonuit.
Hic accersitum ubi primum vidit, illum
ipsum esse exclamavit, quem nuper in-
ter cæli tribunalia conspicuum habui-
set, quique flagellum, quod ad casti-
ganda orbis scelera quondam acce-
rat, è manu rapuisse; quare & ipsum,

&